



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale, || In Qvo || Vniversa || Materia De ||  
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per  
Quæstiones explicatur**

**Eisengrein, Martin**

**Ingolstadii, 1577**

**VD16 E 795**

XLI. Quid sentiendum sit de Co[n]fessione hominis obliuiosi; si aliquod  
omiserit peccatum, & an sit iteranda.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30362**

pœnitens, & Absolutio differetur ad finem  
vsque Confessionis.

SECUNDO, in hora mortis, quando,  
priusquàm Cōfessio absoluitur, infirmus vo-  
ce, vel rationis vsu destituitur: Tum enim,  
si vel vnum tantum veniale peccatum pro-  
tulerit signo vel verbo, absoluendus est ab  
omnibus.

*Quid sentiendum de Confessione ho-  
minis obliuiosi; si aliquod omi-  
serit peccatum, eritne  
iteranda?*

*Questio  
XLI.*

**D**Vbium non est, quin omnes ex præcepto  
Diuino teneantur confiteri omnia mor-  
tifiera peccata cum circumstantiis in infini-  
tum aggrauantibus, quorum memoriam  
habent. Quod cum ita sit, necessarium est  
pœnitentem in recollectione peccatorum, vi-  
tæ conditionem considerare; quia aliæ fun-  
ctiones ad alia peccata, ferè maiorē occasio-  
nem præbent. Iuuat consideratio temporis  
& locorum, dum recogitamus, quo tempo-  
re, quibusue locis diuersari solemus; expen-  
dendū vitæ consortium, & cum quibus no-  
bis consuetudo familiarior intercesserit; vt  
mortalia semel in mentem reuocet; aliòqui  
Confessio inutilis fuerit.

*Respōsio.*

In illis tamen delictis, quæ affectum ve-  
hemen-

### Caput III. De Qualitate

hementiùs commouent, qualia sunt, quæ ad inuidiam, libidinem, vel iram pertinent, citò à personis reuocanda est animi intentio; ne curiosa, & diligens de commissis consideratio nouæ tentationis fomentum suggerat.

Neque omninò necessarium est, vt tam diu in peccatis inquirendis hæreat quis, donec certò ipsi constet, quòd ex quacunq; diligentia adhibita, nullum aliud peccatum mortale ipsi in mentem veniret: Sed sufficit diligentia facta ad arbitrium poenitentis cù voluntate cõfitendi oblita, quando in mentē venient; quamuis ipsemet poenitens probabiliter putet se potuisse plura inuenire, si prolixiorē inquisitionem fecisset.

Diligenti itaque semel facta inquisitione, si tanta fuerit mortalium varietas, vel si simplex poenitens tam obliuiosus sit, vt memoria tenere, vsque ad Confessionem nequeat; Sed probabiliter metuat, se partem eorum obliuioni traditurū; tenetur quantum potest elaborare, vt qua potest cõmodiore via, eorum memor sit, si sine graui damno suo, vel proximi, vel periculo in anima, corpore, vel fama fieri possit.

Quare, si vti poterit characteribus ignotis, vel signis, quæ nemo intelligat (si fortè Confessio scripta fuerit inuenta) ad talia signa pingenda tenetur; aliòqui Confessio non vacabit culpa, cùm nihil periculi inde fit

fit euenturum, si quispiam inuenerit char-  
tam.

Si verò tanta fit simplicitas poenitentis, vt  
ne id quidem possit, & peccata tã sint enor-  
mia, vt illi aut proximo magnum fit metu-  
endum damnum; nequaquam ad scriben-  
dum Confessionem tenetur: Sed sufficit ea  
confiteri, quorum memor esse poterit, &  
Confessio reputatur integra, & idcirco non  
iteranda, licet complura per obliuionem o-  
miserit peccata. Christus enim ad integrita-  
tem Confessionis neminem obligare voluit  
cum tanti damni periculo.

*Quando poenitens legitima de caussa ne-  
quit integrè confiteri; quo tempore  
tenetur hunc supplere  
defectum?*

*Quæstio  
XLII.*

**Q**uæcunque peccata mortalia inter con-  
fitendum oblitus est poenitens, non  
antè tenetur confiteri, quàm iterum tempus  
aduenerit cõfitendi. Quòd si tamen pro sua  
deuotione ante id temporis cõfiteri placue-  
rit, propter alia scelera interim commissa, ni  
nouu peccati reus esse velit, tenetur omnia  
oblita confiteri.

*Respõsio.*

At in reliquis casibus, in quibus legitima  
de caussa aliquod peccatũ mortale dissimu-  
latur, quamprimum se offert commoditas